



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De illo qui seruum alienum causa religionis docet contemnere dominum
suum. xxv.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

*Vt præter scientiam domini sui, seruus non efficiatur
monachus. Cap. XXIIII.*

Placuit in monasteriis non esse suscipiendum seruum *Ex cõcil.*
ad monachum faciendum, præter proprii domini vo- *Arelatē.*
luntatem. Qui verò hoc constitutum nostrum excesserit, *cap. 4.*
eum à communione suspendi decreuimus, ne nomen do-
mini blasphemetur.

*De illo qui seruum alienum, causa religionis, docet con-
temnere dominum suum. Cap. XXV.*

Si quis seruum alienum, causa religionis, docet contēne- *Ex cõcil.*
re dominum suū, & recedere ab eius seruitio, durissimè *braggar.*
in omnibus arguatur, & ad pœnitentiam compellatur. *cap. 47.*

De fugitiuis clericis. Cap. XXVI.

Fugitiuum verò clericum, aut monachum deserentem *Ex decret.*
disciplinam, velut contemptorem placuit reuocare. *Leonis*

*De secularibus, si se semel per religionem totonderint, &
post laici efficiuntur. Cap. XXVII.* *pape.*

Quicumque ex secularibus accipientes pœnitentiam *Ex cõcil.*
se totonderunt, & rursus præuaricantes laici effecti *Toletan.*
sunt, comprehensi ab episcopo suo, ad pœnitentiã *5. c. ap. 5.*

ex qua recesserunt, reuocentur. Quòd si aliqui qui per po-
tentiam irreuocabiles sunt, nec ad moniti reuertetur, vetè
vt apostatę coram Ecclesia anathematis sententia condē-
nentur. Non aliter & hi qui tonsi collaudantibus parenti-
bus fuerint, se ipsos religioni deuouerunt, & postea habi-
tum secularem sumpserunt. & iidem à sacerdote compre-
hensi, ad cultum religionis acta prius pœnitentia reuocē-
tur. Quòd si reuerti nolunt, verè vt apostatę anathematis
sententię subiiciantur. Quę forma seruabitur, etiam in vi-
duis virginibusq; sacris, ac pœnitētibus fœminis, quę san-
ctimoniam habitum induerunt, & postea aut vestē mu-
tauerunt, aut ad nuptias transierunt.

*Vi seruus in monasterium non recipiatur,
nesciente domino suo. Cap. XXVIII.*

Ex cõcil.

Nillum verò recipere in monasteriis seruum obten- *Chalced.*
tu monachi, præter domini sui conscientiam licet. *cap. 4.*